UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXXVI. de Iniuriis & damno dato.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

eſt per ferrum candens, per prunas ro-
Vid. Co- gum; quibus modis habebatur innoc-
var. 4. qui ad tactum ferri candentis, aut il-
Var. c. 23. læſus evaſiſſet. III. Per aquam ferv-,
& ib. Uſſel. manum in aquam immittendo; v-
t. Ex tua- frigidam, immerſione trina in aqu-
rum ſup. ſi tertio emergeret, innocens eſſet; ſu-
tit. prox. pernataret, nocens.

De Injuriis & damno dato

TIT. XXXVI.

Ubi de veritate conſtiterit criminis, per legitimas probationes, ſeu quo- modo, judicis partes erunt, ut pr- pœnas reo infligendas ſatisfiat par- ſæ de injuriis & damnis.

I. *Injuriæ nomen quomodo hic acci- pitur?*

ACcipitur de injuriis quocunque mo- illatis, quod & inſcriptio Tit. indic- nimirum & generaliter, pro omni quod non jure fit, & ſpecialiter a- *l. 1. D. h. t.* prie, quatenus in contumeliam ſeu con- temptum alterius infertur, ſcilicet in l- ſionem ſive corporis ſive famæ.

2. *Injuria ſpecialiter accepta quot modis fit?*

Duobus, aut re aut verbis. Re, quoties manus inferuntur & corpus cæditur cæditurve aut quo alio facto. Verbis, quando convicium dicitur. Quo refertur & ea, quæ fit ſcripto vel libello famoſo, & vel maxime ad infamiam alicujus pertinet. *d.l.1 & l.15. §.2. D.eod. ad l.15. §. 27. can. 1. & ult. V. qu. 1.*

3. *Quæ actio eo nomine competit?*

Agitur injuriam vel civiliter, vel criminaliter. *Civiliter* ad æſtimationem injuriæ; permittiturque injuriam paſſis eam æſtimare: quam deinde æſtimationem judex ſuo arbitrio moderari poteſt, & vel juxta eam reum condemnare, vel etiam minoris, prout ei viſum fuerit. *Criminaliter* ad pœnam extraordinariam officio judicis reo irrogandam. *§. in ſumma juncto §.pœnal Inſtit. eod.*

Eſt & actio injuriarum *ad palinodiam*, in foro ac praxi uſitata, qua agitur ad retractationem injuriæ, & ad reſtitutionem honoris ac famæ; locum habet in injuria, quæ fit verbis aut ſcripto. Eſtque civilis hæc actio, ſecundum plerosque non vero criminalis; ea ratione, quod recte cumuletur cum actione,

qua

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

qua ad æſtimationem injuriæ agitur, p[...] cumulatio alias admitti non poſſe.

Ex cauſa damni injuria dati, quo[d] [...]citum eſt alicui in rebus ſuis circa [...]meliam alicujus perſonæ, datur jure actio L. Aquiliæ, & reparari oportet damnum, ſive dolo malo datum ſit, [ſive] culpa etiam leviſſima.

Vide Myn-ſing. cent 2. Obſ. 93.

4. *Reſtitutio damni dati cui & a quibus facienda?*

Hæc facienda eſt, qui damnum paſſus eſt, ejusve hæredi, ab eo, qui damnum dedit, ejusve hæredibus, quatenus hæreditas patitur: contraque eosdem actio damni proponenda erit, non etiam contra alium. Et non tantum damnum, ſed & expenſæ omnes, quas adverſarius in lite perſequenda fecerit, refundendæ ſunt.

c. 8. h. t.

5. *Qua ratione ergo toleratur uſus pignorationum ſeu repreſſaliarum?*

Prohibitæ quidem illæ ſunt utroque jure, tanquam graves Reip. & æquitati naturali contrariæ, ut quibus alius pro alio prægravetur, & quidem jure Canonum ſub pœna excommunicationis & interdicti, non obſtante prætextu cujuſ-

vis

…conſuetudinis. Ratio eſt, quia non *Nov.57. Ut*
…bet rationem, inquit Imp. alium qui- *non fiant*
…m eſſe debitorem, alium vero exigi; *pignorat.*
…d nec alteri moleſtum eſſe pro alio quo-
…am &c. Mores vero uſum repreſſalia- *Vide*
…um probant, concurrentibus his, juſta *Gvid. Pap.*
…auſſa debiti vel delicti, conqueſtione *q. 32. &*
…pud Principem, & auctoritate publica *34. Dam-*
…el Principis, pignorationes ejusmodi *haud.*
…ncedentis. *prax. crim.*
c. 78.

De Pœnis.

TIT. XXXVII.

…amno reparato, refuſisque expenſis, te-
netur inſuper reus ad pœnam ſive ſatis-
factionem delicti, impoſitam vel a lege
ſeu canone, vel, ſi nulla certa pœna
canonibus ſit ſtatuta, arbitrio judicis
infligendam.

I. *Quid igitur eſt Pœna?*

…St ſupplicium, quo quis ob delictum *c. Dilectus*
…afficitur, ſive noxæ vindicta, ſeu de- *11. h. t.*
…ctorum omnium coërcitio aut ſatisfa-
…io, a lege vel miniſtro legis impoſita.
…el brevius, eſt afflictio ad vindictam
…iminis ſeu culpæ impoſita. Afflictio, *Vulting.*
…quam, qua quis punitur & premitur, *hic ha.*
…el in corpore, vel in ſtatu ſuo, vel etiam